



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Polanci Societatis Iesv Theologi, Directorivm
Breve, Ad Confessarii, Ac Confitentis Mvns Rectè
Obeundum**

Polanco, Juan-Alphonso de

[Köln], 1617

Adhortatio Ad Sacram Commvniem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41600

tionem, quam
eratio & con-
que inuenies,
, ad benè stu-
in via Domini
requens sanctæ
ferat.

postremò vni-
ama sua libera-
in vnitare di-
seipsum Deum
to donare vo-
s) & comedite,
quidem excogi-
vel ingratitu-
effugere crimè
ta Redempto-
eclarum ac sin-
liter nobis ob-
dam timorem
incipem, ac do-
ntem, domiq;
excludamus;
e patiamur, ne-
reuerentiæ na-
a nobis accor-
n, simplicemq;
de sideret.

S.

ADHORTATIO AD
SACRAM COM-
MUNIONEM



ARTIS jam te intelligere
arbitror piè Lector quan-
to præclarius, quantoque
vtilius, ac fructuosius sit
sacratissimū Christi cor-
pus in Eucharistia frequē-
ter sumere, quam cibo tam salutifero vi-
taliq; abstinere. Vnum illud modo tibi
superest, vt perspecta videlicet tanti Re-
gis humanitate, liberalissimè ad suas
nuptias te vocantis & sic inuitantis. Ac-
cipite & comedite. Hoc est corpus meū. *Mat. 26*
Et, Hoc facite in meam commemora- *Luc. 22.*
tionem. Properè ac frequenter accedas,
ne in vitium ingratitudinis incidas, atq; *Luc. 14.*
è regno cœlorum cum Euangelicis illis
inuitatis (si te excusaueris) excludaris.
Hæ nuptiæ cœlorum Regis sunt, conui- *Psal. 103*
uium est spirituale, cuius panis cor ho- *Ioan. 10*
minis confirmat, & vinum spiritali læ-
titia hominis mentem inebriat. Cibusq;
illius caro Christi est, dicentis: Caro mea
verè est cibus. Hæc enim est illa salutaris
Angelorum esca de cœlo tradita, omne
L ; delecta.

lectamentum in se habens, & omnis sa-
 poris suauitatem. Hic est panis pinguis,
 qui præbebit delicias Regibus. Hic est
 panis frugum terræ vberissimus, & pin-
 guis. Hic etiam est panis ille primitiarū.
 Hic est panis, tum in subcinericijs pa-
 nibus Angelis ab Abraham oblati, tum
Gen. 4. in panibus propositionis significatus.
 Designabitur etiam hic saluberrim^o pa-
 nis in pane & vino à Melchisedech obla-
 tis. Hic denique est panis ille subcineri-
 cius, in cuius fortitudine ambulauit E-
 lias quadraginta diebus & quadraginta
 noctibus, vsque ad montem Dei Oreb,
Genes. 2 Hoc est lignum vitæ à Deo optimo ma-
 ximo in medio paradiso terrestri insitū,
 cuius esus vitam corpoream conserua-
 bat; Hic est Agnus Paschalis sine macu-
 la, per cuius sanguinem positum super
 vtrumq; postem & in liminibus domo-
 rum olim fuit populus Israeliticus ab
 Angelo percussore seruatus. Hic est hæ-
Eud. 13. *1. Re. 14* dus, quem obtulit Manue Domino su-
 per petram. Est quoq; fauus mellis, quæ
 Ionathas intincta summitate virgæ con-
 uertit ad os, & illuminati sunt oculi eius.
Num. 20 Est etiam largissima illa aqua, quæ ex
 petra à Mose percussa repente scaturijt.
 Accede igitur liberè ad hoc suauissimū
 Chri.

Christi co-
 tibi salus &
 stimenta C
 ctia Pau
 præstaban
 sti corpus
 te infirma
 bus libera
 triduanus
 extitit, qu
 pus, tuun
 bit, tuame
 vindicans
 delis anim
 fontem pu
 da ad par
 lem, esur
 grotas? er
 mitatis m
 ris, nec s
 plena fide
 vestiment
 & restrin
 serpentib
 quid resta
 ne venen
 aspicias?
 claudam
 et, quòd

s, & omnis fa-
panis pinguis,
gibus. Hic est
rimus, & pin-
lle primitiarū.
ocinericijs pa-
n oblatum, tum
s significatus.
aluberrim^o pa-
hifedech obla-
ille subcineri-
ambulauit E-
& quadraginta
m DEI Oreb,
o optimo ma-
terrestri insitū,
eam conserua-
alis sine macu-
positum super
inibus domos
israeliticus ab
as. Hic est hœ-
e Domino su-
us mellis, quē
ate virgæ con-
unt oculi eius.
aqua, quæ ex
ente scaturijt,
oc suauissimū
Chri-

Christi conuiuium, in quo certissima
tibi salus & vita promittitur Si enim ve-
stimenta Christi, & sudaria ac semicin-
ctia Pauli vel leui contactu salutem
præstabant, quantò magis ipsum Chri-
sti corpus dignè sumptum ab omnibus
te infirmatibus tuis prauisque affecti-
bus liberabit? Si solo Christi verbo qua-
triduanus Lazarus excitatus ab inferis
exitit, quantò magis ipsum Christi cor-
pus, tuum pectus ingressum te viuifica-
bit, tuamque conscientiam à peccatis te
vindicans morte, purgabit? Eia igitur fi-
delis anima, si immunda es, accede ad
fontem puritatis. Esuris? accede pascen-
da ad panem viuificum & indefectibi-
lem, esurientem implentem bonis. Æ-
grotas? erit hoc efficacissimum tuæ infir-
mitatis medicamentum. Fluxum pate-
ris, nec sanari potest à medicis? tange
plena fide cum Hamorrhoiſsa simbriam
vestimenti Iesu, sacrosanctam hostiam,
& restringeris. Si percussam te sentis à
serpentibus peruersarum tentationum,
quid restat nisi vt serpentem æneum si-
ne veneno Christum in cruce eleuatum
aspicias? Cæcam te fortassis, debilem &
claudam conquereris? memineris oportet,
quòd tales ad cœnam magni Regis

Mat. 14

Act. 19.

Ioa. 12.

Gerson.

Mat. 7.


Num. 21.

Luc. 14.

inuitantur, & intrare compelluntur Lubrica sum (inquis) & instabilis: sed hic, *Pf. 103.* panis cor hominis confirmat. Tristis es & anxia? sed hoc vinum hominem interiore *3. Re. 14* iorem lætificat. Inquietante, plurima? Adhære ei qui turbatos fluctus sedat. Peregrinatis à Domino? sed in fortitudine cibi istius ambulabis vsque ad montem Dei. Hæc mira Spiritus sanctus per scripturas, spirituq; Dei inspirati sancti Dei homines de hoc admirabili Sacramento *Cypria.* loquuntur. B. Cyprianus in sermone de cena Domini, doctissimè simul ac religiosissimè scribēs: Panis hoc (inquit) azymus, cibus verus & syncerus per speciem & sacramentum nos tactu sanctificat, fide illuminat, & veritate Christo confirmat. Accedant igitur omnes Dominicæ passionis studiosi ad hunc saluberrimum panem: neq; sumere quàm frequentissimè poterunt, hoc suauissimum manna vereantur, in quo laboriosi huius mundi desertum sine vitæ periculo transire possint. Ne timeat ad hunc salutariferum panem accedere, qui valit cor in Domino habere confirmatum ad vincendos iniquissimos Dæmones, qui nostræ salutis continenter insidiantur. Nemo hunc panem vberimum & pinguisimum, qui
delicias

delicias p
ret. Nemo
ter, atqu
hunc sub
composit
in ara cr
draginta
bus, hoc
tio, non j
id est, de
Thabo
ri

delicias præbet æternas, accipere dubitet. Nemo deniq; sit, qui timeat frequenter, atque adeo frequentissimè panem hunc subcinericium & azymum sumere, compositum in utero virginis, coctum in ara crucis, in cuius fortitudine quadraginta diebus & quadraginta noctibus, hoc est, breuissimo huius vitæ spatio, non jam vsq; ad montem Dei Oreb, id est, desertum, sed vsque ad montem Thabor, hoc est puritatem, & gloriam DEI peruenire possimus.



L S DE

NTI
pelluntur Lu-
abilis: sed hic,
nat. Tristis es
ominem inte-
ante, plurima?
ctus sedat. Pe-
in fortitudine
e ad montem
ctus per scri-
ati sancti Dei
i Sacramento
in sermone de
simul ac reli-
e (inquit:) azy-
s per speciem
sanctificat, si-
hristo confir-
es Dominica
aluberrimum
frequentissi-
in manna ve-
huius mundi
transire pos-
uriferum pa-
r in Domino
ncendos ini-
nostræ saluti
Nemo hunc
issimum, qui
delicias